



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Q.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

27 Promissio facta tempore inhabili, non obligat tempore habili, *libro. 1. disputat. 50. numer. 6.*

28 Promissio de matrimonio in eundo deobligat, rebus mutatis, etiam existente in mora promittente, quoad matrimonium, licet res ante moram non essent mutatae; non tamen quoad restitutionem damni ex ipsa mora causari, *l. 2. dis. 62. nu. 5.*

29 Promittens prodigè meretrici, peccat, & tenetur adimplere, *libro. 1. disputat. 14. numer. 5.*

30 Promittens factum alienum, faciens, quod in se est, eximitur à pœna attentio iure communi, & Regio Castellæ, licet affirmasset, se cum effectu facturum. Si tamen promittens sciebat se id minime obtenturum, aut dubitabat, deceptique in eo promittendi modo, tenetur in foro conscientiae æstimationem rei promissæ restituere. Item debetur compensatio facti alieni, quando constat de animo contrahentium se volentium obligare in omni euentu, *l. 1. tota disp. 25.*

31 Promissio inter dominum, & seruum minime valet, quoad obligationem civilem; secus, quoad naturalem, *libr. 7. disputat. 24. numer. 22.*

Quarta.

1 Quarta coniugis defuncti pars bonorum debita superstiti paupertate laboranti, refer-



referuatur filijs prioris matrimonij, quamuis coniuux ille superstes non transeat ad secundas nuptias, *lib. 7. d. 89. n. 33.* An debeatur coniugi pauperi habenti patrem, & filios diuites? Non resoluit Doctor, *ibi.*

R

*Raptus.*

1 **R**apta nubens raptori, non amittit lucrum, quod lex civilis deferebat, iure canonico prædictam legem corrigente, *l. 7. disp. 12. n. 28.*

2 Raptor cum fautoribus incurrit omnes pœnas contentas in Con. Trid. Sess. 24. de matrimonio, *cap. 6.* post sententiam iudicis, excepta excommunicatione, quæ est lata sententiæ, *l. 7. disp. 13. nu. 1.*

3 Raptus causa ineundi matrimonium cum traductione de loco ad locum, siue sequuta copula, siue non, siue virginis, siue corruptæ sit, siue meretricis, siue inhonestæ conjugatæ, dirimit sponsalia, & matrimonium, dum rapta est in potestate raptoris, & est locus omnibus pœnis Conc. Trid. At raptus, quando est species luxuriæ, non dirimit. Vel si rapiat, non vt secum, sed cum alio contrahat, nemine petente. Vel si fœmina volens abducta sit, quamuis postea voluntatem mutet. Vel si solis precibus, aut conducta extrahatur, aut dolis. Vel si extrahatur virgo consentiens, ignorantibus tamen parentibus. Deniq; item non comprehenditur in hoc decreto raptus propriæ sponsalæ de